Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanae - Cod. Ettenheim-Münster 392

[S.l.], [17. Jahrh.]

Casus reservati Clementis VIII. (1593)

urn:nbn:de:bsz:31-134034

Visual Library

Casus Bullae Coenae, compendiose descripti, ex ipso Exemplari Romano, 1640, promulgato.

Excommunicantur, et anathematizantur

1. Haeretici, cuiuscunque sectae, eorund. fautores, libros legentes, tenentes, aut imprimentes, et schismatici.
2. Appellantes à Pont. ad futurum Concilium, eorumque fautores.
3. Piratae, atque eorum receptatores, et fautores.
4. Naufragorum Xpianorum cuiuscunque generis bona, etiam in littorib. inventa, surripientes.
5. Imponentes nova pedagia, et gabellas, vel augentes easd. nisi concessis à iure permiss.
6. Falsificatores litt. Apl. aut supplic. à quocunque authoritatem habente signatas, falso fabricantes litt. Aplicas.
7. Deferentes arma, et alia usui bellico idonea, ad Turcas, vel alios Xpiani nominis inimicos; et ad reipubl. Christianae statum pertinentia, ipsis, in damnum Xpianorum, nunciantes.
8. Impedientes eos, qui victualia, et alia necessaria Romam conducunt.
9. Ad Sed. Aplicam venientes, vel ab ea recedentes; sua aut aliorum opera, laedentes, et sua iurisdictione repantes in Curia Rom. commorantes.
10. Romipetas et peregrinos, etiam in urbe morantes, vel abeuntes laedentes.
11. Offendentes S.R.E. Card. et alios Praelatos.
12. Ad Rom. Curiam pro negotijs suis recurrentes per se, vel per alios laedentes.
13. Appellantes à gravamine, vel futura executione litterarum Apl. icarum ad laicam potestatem.
14. Executionem litterarum Aplicarum aut aliorum expeditionum impedientes, et prohibentes ad gratias impetrandas, accedentes.

15. Iudices saeculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua Tribunalia, quique Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

16. Impedientes Praelatos, ne sua Iurisdictione utantur; quique illorum & delegatorum iudicia eludentes ad Curias saeculares recurrunt, aut contra illos decernunt, praestantesque auxilium.

17. Usurpantes Sed. Apostolicae & quorumcunque Ecclesiasticorum iurisdictiones, vel earum fructus sequestrantes.

18. Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, monasteriis, aut eorum fructibus.

19. Iudices saeculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus, contra Ecclesiasticas personas.

20. Occupantes bona, aut terras Ecclesiae Romanae, & illius Iurisdictionem usurpantes.

Notandum 1°. Absolutio soli Papae reservatur.

Not. 2°. Absolvere praesumentes, excommunicantur.

Not. 3°. Papae absolutio non comprehendit eos, (tametsi de facto contigerit ab ipso Papa tales in dictam absolvi.) qui à praemissis non destiterint.

Not. 4°. quicunque audiunt confessiones, apud se has literas habeant.

A°. 1640.

Notabile
Pro Confessionib. Puerorum.

Cum pueri veniunt & confiten(tu)r. Non est attend(endu)m solum, an vere gravium r(ati)o(n)es habeant; Item an vere formate ac deliberate pecca= rint, in iis, quae confiten(tu)r. — Sed semper & maxime, ut de eo doleant, ex motivo non mere humano, q(uo)d v.g. a parente vapulabunt, sed supernaturali, per Fidem cognito, scil. quia Deo contrarium, quia poenas inferni, aut Purgatorij meretur, & ideo a reatu, virtute Sacramenti absolvi desiderent. — Sunt n. (inquit Layman.) adeo n(atur)a vagi, male educati, ut licet satis dispositi fuerint ad peccand(u)m, non t(ame)n dispositi sint ad poenitend(u)m, neq(ue) a Confessario tam breviter disponi possint. Quare in hoc casu orationem aliquam, quasi Poenitentiae loco pueris imponet Confessarius, & Crucis t(ame)n b(e)n(e)dictione super caput eius formata dimittat. Expedit n. pueros, quamvis absolutionis needum capaces audire, ut paulatim instruan(tu)r, & confiteri assuescant.

Quod si o(mn)ib. consideratis de pueri capacitate dubius manserit, p(oter)it sub condit(ion)e, aut saltem reservata, absolvi; In articulo mortis quoq(ue) absolvi debet, nam in eo casu iudicand(u)m e(st) in favorem a(nim)ae.

Quod si dubia materia, quam puer affert, mortalis videatur, & ob eius incapacitatem n(on) absolvatur, de hoc ipso (NB.) monendus e(st) puer, ut sciat se n(on) e(ss)e absolutum, & maiorem disposit(io)nem ac praeparationem ad iterandam confessionem afferre studeat.

Circa Adultos.

Qui in genere t(ame)n dicunt, se scivisse hoc vel illud e(ss)e malum, non t(ame)n an mortale, an veniale; nilo(minu)s peccant; Suntq(ue) interrogandi, quam grave e(ss)e putaverint.

Notab(ile) ad Resolvend(u)m se practice, n(on) requirun(tur) speciales r(ati)o(n)es, in m(ateri)a p(rae)sente, sed sufficiunt generales.

1.o Qui confitetur, & de industria reticet p. m. (vel confitetur sine contrit(ion)e) & dein post aliq(uod) tempus iterum confitetur, oblitus se illud p(ecca)tum reticuisse (vel n(on) contrit(ion)em habuisse.) — Non tenetur intermedias confessiones repetere (utpote ad quas legitime dispositus accessit.) Sed solam illam primam. 2.o qui invincibiliter nescivit aliquid esse

pctm mortale, quod patravit, et interim sæpius confessus est, Non Tene.r repetere eas confessiones, quas retinuerit postea, v.g. ex Concione, eē pctm mortale. 3.o qui bonâ fide putat se legitimè cfessum fuisse, cùm tn n fuerit, et sæpius deinde cfiteatur, Tenetur solam 1.am repetere.

Pro Confessarijs.

Utr. pro Tempore Paschali possint Communicandare, audire Confessiones. et qmo.?

Omnes subditi nri possunt in Paschate, et pro Paschate comunicare in nro Templo: Alieni et exteri a. pnt qdem et ex privilegio (: quo nos gaudemus :) quia tn dubium est, Dicendum illis, eos debere iteratò comunicare, si nim. eorum Parochus petat. Secus, si non petat.

Nota.m qui dedit alicui Venenum etc: et confitetur antequam moriatur infectus, absolvi pt ab omni Confessario. qa hic homicidium actuatum adhuc factum n est. Idem dic de eo, qui voluntariam caûm dedit pollutioni, si, priusquam sequatur pollutio, prius confiteatur.